



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 13. Varii libelli a facultate Parisiensi Theologica censuris notati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

hunc
roba-
rorum
statuta
nem a
diplo-
hujus
Riche-
a opti-
e jure
dator-
Statu-
factum,
per sui
summo
n arti-
cepit:
Aca-
c Car-
inter
Aplo-
quod
culen-
sueant;
od ho-
conve-
tentur
otori,
empe-
Aca-
ola di-
id vel
Roma-
Romani Pontifices, vel Cardinales a Sæc. XVII.
gunt, tyrannidem appellant. Præ- A. C. 1635.
erea Parlamentum, seu sanctior Sena-
us privilegia huic Academiæ a Rege
concessa confirmare, necnon ad acta
referre, integris octodecim Mensibus
dictulit, eoquod vereretur, ne inva-
lecente purioris idiomatis usu barbaræ
forensis stysi phrases sensim abolerentur,
atque Academia sibi jurisdictionem in
Regiam Bibliothecam vendicare, aut
Academici emunctæ naris Viri, nec-
non Regia auctoritate suffulti, Aristoteli
doctrinam in Parisina Universitate
edito Parlamenti stabilitam fastidien-
tes, novitates invehere intenderent.
Hanc quoque Senatus repugnantiam
ali imputabant vindictæ studio in Car-
dinalem, qui summa auctoritate præ-
valens crebras Senatui molestias intu-
lerat: Nihilominus urgente ipsius Re-
gio mandato Senatus Regium diploma
Mense Julio Anno hujus saeculi trigesi-
mo septimo ad Curiæ tabulas retulit,
ea tamen lege, ut Academia nonnisi
de idiomate Gallico & de libris ab ea
compositis vel eius judicio relictis co-
gnoscendi jure gaudeat,

§ XII.

*Varii libelli a Facultate Parisiensi
Theologica censuris notati.*

D 2

Die

Sæc. XVII. Die prima Mensis Junii Hieronymus Parentius, & Hieronymus Bachelierus duo Facultatis Magistri in comitiis referebant, se quamplurima animadversione digna in variis deprehendisse libellis:

*Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 15.*

Erant autem sequentes, I. *Miraculosa oratio ad B. V. unacum mensura vulneris in corde Christi Domini.* II. *Index gratiarum & Beneficiorum, quæ Christus Dominus granis a se ad preces Ven. Ludovicæ Ord. S. Claræ benedictis concessit.* III. *Indulgenciarum Ordini de Mercede a Pontificibus indulta.* IV. *Regula tertii Ordinis S. Francisci de Paula unacum Bulla Julii II. Papæ.* V. *Synopsis Privilegiorum & indulgentiarum confraternitatis S. Scapularis unacum aliquibus miraculis per S. Scapulare patratis.* Perceptis horum Doctorum relationibus, collectisque octoginta Magistrorum sententiis hos omnes libellos censura notavit facultas, statuitque, ut a prædictis Magistris nominatis Parentio & Bacheliero formula censuræ teneatur, additis propositionibus, quæ in iisdem continentur, exhibitisque earum unicuique censoriis notis, quæ ad ipsam facultatem proximis comitiis referrentur, antequam typis exuderentur.

Sacra quoque Indicis Congregatio die decima sexta Martii anno 1621. eundem libellum de Indulgenciarum Ordini de Mercede concessis, donec corrigatur,

rigatur, proscriptis: circa librum vero Sæc. XVII.
de confraternitate S. Scapularis Re- A. C. 1635.
gus Senatus judicium sibi soli, auditis
testibus, reservabat; carpebat autem
Facultas sequentem inscriptionem Ima-
ginibus quibusdam inepte appositam:
Quicunque hoc sanctum Scapulare portave-
rit, nec in aqua suffocabitur, nec igne com-
bus, nec fune suspensus morte afficietur.

§. XIV.

Proscriptio cuiusdam Catechismi a Facultate Parisiensi facta.

Ejusdem hujus anni die prima Au- Argentre
gusti quidam Sorbonæ Magistri re- l. c. p. 16.
ferebant, quod Berthinus Berthaut Con-
stantiensis Diæcesis Presbyter librum,
cui titulus: *Catechismus Confessariorum*
ediderit, eundemque Magister Patus
approbari petierit: quoniam vero non
modo multa inepta & ridicula, sed etiam
turpia & obsecæna in eo observa-
rint, hinc Auctorem monuerunt, ut
abstineat ab illius evulgatione, quan-
doquidem scandalum potius, quam
utilitatē parere posset, tam in iis,
quaे forum internum, quam quaे ex-
ternum concernunt; qua non obstante
monitione eumdem librum sub appro-
batione aliquorum Religiosorum Docto-
rum absque Licentia Facultatis fuisse

D 3

excu-